

est: peccator incipit se movere, & querere, quis est iste, quem offendi, & quis ego miserimus homuncio sum. 2. Ignis rem mutat, cibos lapidos, & ferrum molle reddit: Ita Spiritus sanctus cor terrenum in cælestem transmutat, ut dicere cum Apostolo possit: Vivo ego, non jam ego, vivit in me Christus. Sic Discipuli Domini in Festo Pentecostes, sic S. Genesius, dum in theatro ludit caremonias Baptistini, ex histrione factus est Christianus & Martyr: hæc mutatio dextere Excelsi. 3. Ignis non patitur se comprimere, omnia perumpit obstacula: Ita Spiritus sanctus invictus adeo facit Apostolos, ut qui prius ad vocem ancillæ prostrati sunt, nunc regibus, tyrannis, ipsique demoni fortiter resistant. 4. Ignis calidus est: Ita Spiritus sanctus animum calefacit amore, ut etiam proximobeneficiat. 5. Ignis lucet: Ita Spiritus sanctus illuminat intellectum ad agnoscendas æternas veritates, & mundi fallacias. 6. Ignis semper tendit sursum: Ita Spiritus sanctus animam, quam occupat, ita ad cælestia elevat, ut nihil nisi Deum desideret, & mundum despiciat. &c. Compendio hæc omnia repetit S. Antonius Paduanus, inquit: Ignis ardet, purgat, calefacit, illuminat: Sic Spiritus sanctus exurit peccata, purgat corda, torporem excutit, ignorantiam illuminat. Jam dic, mi Christiane, an hæc signa, hæc operationes in corde tuo sentis? si ita est, spem concipe inhabitantis Divini Spiritus, & ante omnia curam habe, ut nullo peccato calestem Hospitem expellas, &c. Vide Corn. a Lap. in Levit. c. 9.

Quomodo ignis amoris Divini in corde reaccendi possit.

2. Ignem veni mittere in terram. Luc. 12. Ignis iste missus in terram est Divini amoris incendium, dum per ardorem Spiritus sancti, prout loquitur S. Gregorius, astuta mens a carnalibus desideriis purgatur. Quid autem intelligitur per terram? Veni mittere in terram. Intelligitur homo (Vide Barz. Serm. 11. n. 4.) cur ergo non ardet? aut cur ignis extinctus in corde non reaccenditur? forsitan, quia multi non sciunt artem accendendi ignem! Agite, docebo hanc artem. 1. Accenditur ignis extinctus per flammam oris, id est, per orationem ferventem, & continuam. Quanto Apostoli erant perseverantes in oratione, tunc venit super ipsos Spiritus sanctus in

specie ignis. Homo ex se tam miser est, ut ne nomen amare possit sine auxilio Dei: hoc auxilium autem impetrandum est per orationem. 2. Accenditur ignis speculo colligente, & intendente radios solis. Speculum est vita Christi & Sanctorum! cum experitis, mi Christiane, cordis tepiditatem & frigus, aspicite, & meditare mysteria Christi pro te patientis, & morientis: cogita, quid Sancti pro Christo fecerint, & passi sint, & tum demum, ut spero, dicere poteris: In meditatione mea exardescit ignis. 3. Accenditur ignis colliso silice & calybe, quibus scintillæ excutuntur, & fomite recipiuntur. Per collisionem hanc intelligo contritionem cordis: si cor tuum instar lapidis induratum fuerit, contere illud malleo, & clavis ferreis, quibus Christus confixus est cruci! percutere cum publicano, dole, & clama: Deus propitius esto mihi peccatori. 4. Demum ignis accenditur igne. Conjice oculos in ignem infernale peccatoribus preparatum, dic tibi ipsi: quis poterit habitare cum igne desolato? &c. Vide Tit. Infernus, contritio, Oratio, &c.

De triplici visitatione cordis per Spiritum Sanctum.

3. Ad eum veniemus, & mansionem apud ipsum faciemus. Joan. 14. Cum magnus Princeps in edes nostras adveniat, tota domus a sordibus purgatur, & exornatur. Dilectissimi! hodie in eo est, quod Princeps cæli in cor nostrum advenire, illudque tanquam suum habitaculum occupare desideret. Admonemur ergo a S. Gregorio. Tergat sordes pravi operis, qui Deo præparat domum mentis. (Vide hodiernum Breviar. Lect. 3.) Sed videamus, quomodo hæc Visitatio S. Spiritus apud multos constituta sit, videamus inquam ad nostrum terrorem, vel emendationem, vel solatium. 1. Ad aliqua corda venit, & pulsat, sed non admittitur, non aperitur! Et hæc sunt corda obdurata peccatorum, quorum fetorem nauseans Spiritus sanctus cito declinat & recedit: econtra in hæc corda revertitur immundus Spiritus assumens secum septem spiritus nequiores se, quibuscum habitat ibi. Infelix cor! heu, quando liberaberis ab inimico possessore? 2. Ad aliqua corda venit S. Spiritus, & hospes admittitur.

sed paulo post iterum eicitur! Et hæc sunt corda inconstantia, qui tempore tentationis recedunt, sicut ad perpetranda peccata redeunt, ac si hæc tempore Paschali minime planxissent. O mi Christiane, perpende serio felicitatem, a qua recessisti, & infelicitatem, ad quam accessisti. 3. Ad aliqua denique corda venit Spiritus Sanctus, & mansionem in illis facit. Et hæc sunt corda Sanctorum, & serio penitentium, qui superatis omnibus difficultatibus, jam parati sunt vitam potius, quam Hospitis gratiam perdere! O! quibus verbis satis gratulari ipsis possum hanc felicitatem? Vide Tit. Gratia Dei, Inconstantia, Peccatum, &c.

Feria II. Pentecostes.

De beneficiis Dei una cum Filio Dei mundo datis.

1. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, Joan. 3. Non satis fuit Divino Patri, quod mundum ex nihilo creavit, quod homini vitam dederit, illique ad sustentationem, & ad delicias usque innumerabiles creaturas in omnibus quatuor elementis addiderit: non satis hoc fuit, inquam, Divino Creatori, sed insuper adeo dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum nobis dederit. O sancta fides, quid doces? Perpendamus, quid hoc sit, quod Deus Filium suum dederit, & in Filio quid nobis dederit, metiamur exinde nostram gratitudinem. 1. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, humana natura incarnatum, & in stabulo Bethlehemitico sub specie amabilissimi infantuli natum, ut omnium hominum corda ad amorem provocaret. In Veteri Testamento Deus timentis potius, quam amari voluit, hinc cum Moyse alitque inter contraria & fulmina & nubibus terribili voce loqui, & peccatores statim igne, submersione in mari rubro, abylo terræ punire solebat: in stabulo vero natus tanquam magnes amoris omnium corda ad se amoroso affectu traxit. 2. Deus Filium suum unigenitum dedit sub obedientiam Parentum, & præsertim Divinæ Matris, a qua natus & educatus est, ut nobis esset virtutum omnium exemplar. Quis unquam antea hominem sanctum sibi imitandum proponere potuit, cum antiqui Patriarchæ & Prophætæ solum in propaganda familia,

D. Claus Spicil. antverj. Pars III.

in pascendis gregibus, in vaticiniis fundendis, in delictis puniendis occuparentur: ubi autem Christum, virtutum omnium exemplar apeximus, in ejus vita amorem Dei & proximi, mansuetudinem, dilectionem inimicorum, contemptum rerum terrenarum, & desiderium caelestium, omnesque virtutes edocui sumus. 3. Deus Filium suum dedit præcipue ut Redemptorem, ut per passionem, crucem, ac mortem suam nos a servitute inferni liberaret, & cæli hereditatem nobis compararet. Audistis hæc? qua gratitudine compensare possumus immensam beneficentiam? Væ! si ingrati sumus! Quærit S. Chrysostr. cur Spiritus sanctus venerit, excedente turbine? & respondit, ut præcederet nobis iudicium: cum enim donum a Deo accipimus, statim subsequitur iudicium, quod discutitur, an beneficium recte cum gratitudine usi simus. Vide Speranzam punct. 156.

Peccatores frustra tenebris occultant sua peccata.

2. Dilexerunt magis tenebras, quam lucem. Non semper illaudabile est, amare tenebras; quia homines Sancti opera sua bona, & prodigiosa coram mundi oculis occultare studuerunt, quæ tamen a Deo contra illorum humilitatem in lucem protracta sunt. Illi ergo, qui in hodierno Evangelio carpuntur, quod tenebras amant, peccatores sunt; quod additur, opera eorum erant mala. Sed frustra agunt! Etiam mala opera ad illorum ignominiam protrahuntur in lucem. 1. Peccatum occultum prodit ipse peccator: Prophætæ Joæ in facie videri, & notari poterat, quod fugeret contra Deum. (Vide Mich. a Calvo conc. 9. §. 2. n. 2.) 2. Peccatum occultum, præsertim luxurie proditur ab ipsa domo, & cubiculo, in quo committitur, juxta illud: Lapis de stabulo pariete clamabit, & lignum, quod inter. c. 2. Juncturas adificiorum est, respondebit. (Vide Mich. a Calvo conc. 6. §. 2. n. 7.) 3. Peccatum proditur etiam ab animantibus: In domum Pharaonis irruerunt innumeræ ranæ coarctantes: quare ex aquis vocatæ sunt: ad consulationem regis, qui in aquis iussit submergi infantes; in domo tua sunt ejusmodi ranæ factæ clamoræ, famuli, socii, ancillæ, sceleris, munuscula, & alia. 4. Peccatum, præsertim crudelitatis, & inultitæ proditur per propriam conscientiam, Herodes non poterat occultare eandem Joannis, sed videns

dens Christum, exclamavit timidus: Vere hic est Joannes Baptista! Sic de aliis peccatis, quæ olim protrahentur in lucem coram Judicio. Vide Tit. Luxuria, &c.

Quomodo lux Divini Spiritus in cor admittenda sit.

3. *Dilexerunt magis tenebras quam lucem.* Divina gratiarum lumina, quæ Spiritus Sanctus per Sacramentorum participationem in corda nostra infundit, tanta est amoris beneficentia, ut ejus sublimitatem, longitudinem, latitudinem, & profunditatem nec Angelicus intellectus mensurare aut capere possit. (Vide P. Segneri Manna an. 27. Martii) Et tamen non æqualiter ab omnibus, imo ab aliquibus omnino non admittuntur, quia dilexerunt magis tenebras, quam lucem. Videamus tres Christianorum classes hic considerari dignas: 1. classis & quidem felicissima illa est, quæ omnes cordis fenestras Divino lumini, paratissimo obsequio aperit, atque Divinis inspirationibus prompte, humiliter & alacriter morem gerit: atque hi sunt homines sancti, in omnibus actionibus suis clamantes: Veni Sancte Spiritus; (Vide Tit. Inspirationes Dei.) 2. classis est eorum, qui Divino lumini cordis fenestram nec omnino claudunt, nec omnino aperiunt, & hi sunt semi-Christiani, qui hodie penitentiam agunt, paulo post autem, quæ planxerunt, iterum committunt, sicutque damnabili ac periculosa inconstantia nunc Deo, nunc demonstervunt. (Vide Tit. Inconstantia Tepiditas;) 3. denique classis infelicissima est eorum, qui fenestras cordis obstinate duritie semper claudunt, & hi sunt inveterati peccatores, & hæretici (Vide Tit. Peccator inveteratus, Hæretici &c.) His merito exprobrari potest, quod S. Stephanus Judæis exprobravit: Vos semper Spiritui Sancto resistitis. Quando Spiritus Sanctus volebat sacrificia, vos sacrificastis, quando volebat, vos omistis, quando noluit dare præcepta, requirebatis; quando dedit, non observastis: huc multi adhuc deveniunt; leges, præcepta, consilia Patrum spiritualium elidunt, &c. Vide Speranzam punct. 98. Item P. Segneri Manna ann. 12. Aprilis n. 2.

Feria III. Pentecostes.

De vera Ecclesia per signa credibilitatis demonstratur.

I *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit altunde, sur est & latro.* Joan. 10. Per ovile, de quo loquitur Christus Dominus, intelligi Ecclesiam, communis est SS. Patrum sensus: ad demonstrandum ostium, quo intrandum est in Ecclesiam, Christus non sapientibus hujus sæculi, non Aristotele aut Platone usus est, sed rudibus & incultis piscatoribus, ut tanto clarius eliceret potentia Dei, & manifestiora essent signa, quæ nos ducunt ad ovile Ecclesie. Quænam sunt hæc signa, quibus veritas Ecclesie, præ ceteris omnibus factis, nobis demonstratur? Audiamus. Primum signum veræ Ecclesie est, quod fit una, unitate doctrinæ, quæ in omnibus Mundi temporibus, & locis semper fit invariabiliter eadem. E contra novi sectatores, ac hæretici quam difformes sunt inter se, hic & nunc docent duo, alias & alibi tria Sacramenta, &c. Secundum signum veræ Ecclesie est, quod fit *Sancta*, id est, quod omnia ejus dogmata, & ritus hominem ad sanctitatem, ad imitationem Christi, ad fugam peccati perducant. Contra doctrinam Novatorum impia & seductoria est, v. g. Præcepta Dei non posse, nec debere observari: nonne per hanc deceptionem aperitur ostium ad omnia scelera? &c. Tertium signum veræ Ecclesie est, quod fit *Catholica*, seu universalis, id est, per totum orbem ita diffusa, ut nullus sit terræ angulus, in quo doctrina, & Verbum Dei populis non est prædicatum. Contra in Asia, in Africa, in America necitur, & certe per quindecim sæcula necitebatur, quid sit Lutheranismus, quid Calvinismus &c. Quartum denique signum veræ Ecclesie est, quod fit *Apostolica*, id est, ab ipsis Christi Apostolis derivata. Hæc doctrina a S. Petro primo Pontifice, per omnes Pontifices ad nostra usque tempora continua serie fuit propagata, ita ut contra tot successores Romanos per octodecim fere sæcula, nec tyranni nec hæretici, protegente Divina Providentia, prevalere potuerint. Jam redit questio, cur Christus Dominus rudes Apostolos ad prædicandam fidem, & propagandam Ecclesiam elegerit? S. Ambrosius respondet: *Ne tradidisset potentia,*

ne

ne vedemisse divitiis, ne potentia, nobilitateque autoritate travisse aliquos ad suam gratiam videretur, adeoque ut tanto manifestius eliceret potentia, & auxilium Dei. Vide Barz. ferm. 39. n. 14. & seq. Item ferm. 40. per totum. Item P. Segneri Incredul. non excusab. &c.

De differentia inter Spiritum bonum & malum.

2. *Oves vocem ejus audiunt, alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo.* Lupus ovinam pellem induit, & accedens ad gregem ovium persuadere illis voluit, se esse pastorem fidelissimum! ne dubitate, ajebat, vos fidei meæ credere, amicus sum vester optimus, cupio vos felices reddere. Ovicula obtupescentes suspicuum habebant deceptorem; utque nosset, quale animal esset, petierunt, ut vocem ederet, & secum balaret. Lupus volens non poterat balare, sed horrendum ululavit, quo territe ovicula omnes auferunt. Christus Dominus admonet, nolite omni spiritui credere; multi enim sub pelle ovina pastores se simulant, & lupi sunt. Sed quo indicio agnosci possunt. Ex voce, ex ululatu, & aliis signis: Audite S. Bernardum, qui signa ejusmodi enumerat.

S. Bern. ferm. de Spirit.

1. Si spiritus malus amicum simulans, aut intus in corde loquens tibi mollia suggerat, v. g. de potu, de cibo, de somno, de capiendi voluptate, aliisque ad curam corporis pertinentibus, ita, ut aliquali desiderio erga has suggestiones inardescat, certus esto, lupum sub ovina pelle, id est, spiritum carnis tibi loqui: hunc ergo ut adversarium repelle, dicens: Vade retro Satana, non sapi, quæ Dei sunt, sapientia tua inimica est Deo. (Vide tit. luxuria) 2. Si cogitatio interna de ambitione sæculi, de janantia, de arrogantia, de captandis honoribus tibi loquitur, spiritus mundi est (Vid. Tit. Ambitio) 3. Si cordis suggestio, ad iram, ad impatientiam, ad invidiam, ad amaritudinem animi provocat, spiritus nequitie est, qui ad trifficam, ad peccati frequentiam, ad naufragium Divini servitii, ad pusillanimitatem, & desperationem te impellere conatur. Cave! 4. Quando vero salubris cogitatio in mente tua versatur super castigando corpore, humiliando corde, caritate fratribus exhibenda, seu ceteris virtutibus acquirendis, & conservandis, Divinus sine dubio Spiritus est. (Vide

Tit. Inspirationes Dei!) Vide Speranzam punct. 35. &c.

De virtutibus & signis inhabitantis Spiritus Sancti.

3. *Rogabo Patrem & alium Paraclitum dabit vobis.* Joan. 14. Non dubito, quin multi Christianorum his diebus per sacramenta Penitentiae, & Eucharistiae animas suas præpararint, ad recipiendum in cordis habitaculo Spiritum Sanctum, & nunc memores veterum peccatorum sollicitè cogitent: Domine Deus, vellem desideranter nosse, an coram te sim in numero corvorum, vel columbarum. Mañi animis elote! Explicemus, cur Spiritus sanctus sub columba specie apparere voluerit, nempe, quia proprietates columbae conferunt, & congruunt cum donis S. Spiritus, atque ex hac explicatione veteris dubio quodammodo satisfacere poterit. 1. Per columbae simplicitatem exprimitur donum sapientiae. 2. Per visum acutissimum donum scientiae. 3. Per benignitatem erga alias aves donum Consilii. 4. Per habitationem circum rivus donum intellectus. 5. Per caritatem fellis donum pietatis. 6. Per purificationem in petris donum fortitudinis. 7. Per meticolositatem donum Timoris Domini, qui præ certis utilis & necessarius est. Jam, mi Christiane, si hæc dona Sancti Spiritus significata per proprietates columbae in anima tua quodammodo advertas, spem concipe non inanem, quod Divinus Hospes in cordis tui habitaculo resideat! sin minus! non desine profectui penitentiam, & pugnare contra vicia his donis S. Spiritus contraria, ut magis magisque animam præpares, &c. Vide P. Segneri Manna an. 16. Aprilis n. 1. & seq.

Dominica SS. Trinitatis.

De Beneficio Creationis, Redemptionis & Justificationis.

1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Gen. 1. Humana anima vere est imago SS. Trinitatis; sicut enim Deus unus est in sua essentia, & trius in Personis; ita anima una est in sua natura, & trina in potentiis, memoria, intellectu, & voluntate. Quid sequitur? Sequitur, quod semper oculis, animisque ad Divinum Prototypum defixos habere, & immensa cum gra-

titudine Beneficia a SS. Trinitate accepta recolare debeamus, præsertim Beneficium Creationis, quod Divinus Pater, Beneficium Redemptionis, quod Divinus Filius: Beneficium Sanctificationis, quod Divinus Spiritus nobis contulit. Agite! Præbo, vos mente sequimini! 1. Divinus Pater Creator meus est! ante quinquaginta aut centum annos adhuc in nihilo delituit purum nihilum! & tunc jam Deus recordatus est mei, atque in tempore me ex nihilo produxit! dedit mihi substantiam, vitam, voluntatem, corpus, & animam, beneficium tanto liberaliori, quod antea nihil poterim promereri. Quomodo autem his donis usus sum ad Dei gloriam? (Vide Lib. 1. Tit. Beneficium Creationis) 2. Divinus Filius Redemptor meus est! dolores ac penas mihi pro peccato debitas in se suscepit, sanguinem, & vitam pro me in cruce dedit, atque ita redemit me ex servitute dirisillimæ, redemit pretio superabundante, redemit excessivo amoris modo. Quid retribuio Domino? quomodo fugio peccatum ut causam mortis Redemptoris mei? Si totum me debeo pro me factio, ait S. Bernardus, quid addam pro me resolu? (Vide Tit. Beneficium Redemptionis) 3. Divinus Spiritus est sanctificator meus! qui Dei gratiam in Baptismo, in Confirmatione, in Penitentia, aliisque Sacramentis animæ meæ infudit. Et quidem ille prior me prævenit, excitavitque, ut cum Petro vellem educi ex carcere peccati. Quomodo me gratum satis exhibebo? (Vide Tit. Beneficium justificationis) Laudabo sine fine Deum Triunum, & millies ac millies cantabo; Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto! &c. Vide Barziam serm. 44. §. 2. & seq.

Quam obligationem Baptismus nobis imponat.

2. *Baptizantes eos in Nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti.* Mat. 28. Merito hodiernum festum reficit nobis memoriam Sacramenti Baptismi, quo in nomine SS. Trinitatis renati sumus, Beneficium profus insigni, quod millenis ac millenis in regionibus barbarorum, ac infidelium denegatum est. Christianismus! quam gratitudinem possumus Deo rependere pro tanta misericordia? Audiamus, quam gratitudinem Deus a nobis exigit! Quod Christus Dominus petit a Sponsa, id ipsum a nobis exigit:

Cast. 9.

Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, ubi S. Ambrosius advertit, triplicem nobis ob-

ligationem imponi. 1. ut Nomen & gratiam Dei ponamus ut signaculum in fronte per vivam fidem, quam in Baptismo acceptam invicta fortitudine semper profiteri oportet. (Vide Tit. Fides) 2. ut Nomen & gratiam Dei ponamus signaculum in corde, id est, Deum super omnia amemus, parati potius vitam perdere, quam Deum ullo peccato offendere &c. (Vide Tit. Caritas Dei) 3. ut Nomen & gratiam Dei ponamus signaculum in brachio, id est, quod fides docet, & caritas suadet, opere exerceamus, atque ingentem bonorum operum thesaurum colligamus. (Vide Tit. Bona opera) Rogemus humiliter SS. Trinitatem, ut Divinus Pater veniat ad nostram memoriam, Divinus Filius ad intellectum, Divinus Spiritus ad voluntatem, easque potentias a vitiorum sordibus purgent, atque celestibus donis exornent. Vide Corn. a Lap. in Joan. 14. v. 23.

De merito, & utilitate Elemosyne.

3. *Date, & dabitur vobis.* Luc. 6. Monasterium quoddam valde opulentum paulo post ad incitas fuit redactum. Cum causa huius infortunii ignoraretur, venit ad portam peregrinus, & janitori edixit: Scis, cur hoc Monasterium abali quo tempore valde depauperetur? Dicam tibi! Erant in hoc Conventu olim duo fratres, qui semper solent esse intimi ac conjunctissimi: unus expulsus est, & alter expulsus secutus sponte abiit. Primus vocabatur: *Date!* & alter, *Dabitur vobis!* si ergo Monasterium pristinis opibus direfcere cupit, revocet fratrem, *Date,* & alter, nempe *Dabitur,* ultro revertetur. Hac historiola anam capio, vos excitandi ad commiserationem erga pauperes, quia Deus elemosynam tripliciter remuneratione compensat: In vita, in morte, & post mortem, promittens in hodierno Evangelio: *Date,* & dabitur vobis. 1. Elemosyna compensatur a Deo in vita; non minuit, sed augeat fortunam, eum in morem, quo quinque patres, quos Puer ille Evangelicus Christo in manus dedit, mirabiliter multiplicati sunt, &c. 2. Elemosyna compensatur a Deo in morte; juxta illud: Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, ubi addit S. Ambrosius: Sola misericordia comes, est defunctorum, &c. 3. Elemosyna compensatur a Deo post mortem; quia elemosynario thesauros cæli refundit. Vide Lib. VI. Tit. Elemosyna.

De

De gratitudine pro Beneficiis erga SS. Trinitatem.

Psal. 62.

4. *Baptizantes eos in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Amen. Mat. 28. Hodie non est dies lætitiæ & exultationis, sed tristitiæ, humiliationis, & timoris; quia dum Ecclesia nobis SS. Trinitatis mysterium ante oculos ponit, simul nos commonefacit gratitudinis, quam Deo Triuno debemus, & hætenus per omnem vitam turpiter negleximus. Regius Psalmista David rogat Divinam Benedictionem, inquires: *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus!* En! triplicem mentionem Dei facit, ut indicet, se loqui de SS. Trinitate, atque statim subnectit: *Et metuant eum omnes fines terræ!* Quare metuant? quia paucissimi sunt, qui debitas gratitudinem pro beneficiis acceptis SS. Trinitati rependerunt, atque hæc ingratitude, si non unica, saltem maxima causa est peccatis salvandorum! Audiamus! 1. Beneficium creationis habemus a Deo Patre, ille creavit hominem eo fine, ut sibi serviat, & denique salvus fiat! Mihi Christiane, ante paucos annos fuisi purum putidum nihilum, Deute hominem fecit, corpus & animam tibi, in anima memoriam, intellectum tibi, in anima in corpore quinque sensus dedit, ut his potentias, & facultatibus ad Dei gloriam utaris! Nec solum creavit, sed & hætenus conservavit, pro tui conservatione hunc mundum, hæc elementa, in aere volucres, in aqua pisces, in terra animalia & fruges tibi adhecit ad suam gloriam! Quid egisti? nonne his omnibus ad tuum gultum, & commoditatem, ad divitias, ad voluptates, ad peccata abusus es, sine respectu ad Deum, quasi tibi soli natus esses, non Deo? Quasi tua gratitudo pro beneficio creationis? Quid respondebis Divino Judici? 2. Beneficium Redemptionis habemus a Deo Filio! Ille infinite magnus cæli terræque Dominus humanam naturam assumpsit, e Virgine natus pauperem vitam vixit, quam tandem effuso omni sanguine inter immensos dolores in cruce conclusit. Quem infinem? ut nos ab inferni captivitate liberaret, ut Divino Patri pro peccatis nostris satisficeret, ut peccati gravitatem, horroremque nobis inculcicaret, ut ad sui sequelam, ad patientiam, ad mortificationem nos provocaret? Quid egisti? nonne vitam vitæ Christi profus con-

trariam, voluptuosam, nimis commodam, mere mundanam, ethnicis & infidelibus simillimam vixisti? nonne cruces, spinas, adversitates, omnemque mortificationem carne pejus & angue exhorruisti? nonne peccata peccatis cumulasti & proposita in Sacramentorum usu concepta millies ac millies fragisti, haud secus ac si lex ac mors Christi ad te non attingeret? Hæcine est gratitudo debita pro Beneficio Redemptionis? Quid respondebis Deo Judici? 3. Beneficium sanctificationis in Baptismo, in Penitentia, aliisque SS. Sacramentis debemus Spiritui Sancto: hæc gratiam conservare in nobis studium cælestis Magister per assiduentiam S. Angeli Custodis, per pia monita parentum, per exempla justorum, per Verbum Dei & sacras exhortationes, per externa peccatorum supplicia, & internas animæ inspirationes. Verbo! per remedia salutis innumera! Quid egisti? Eheu! hæc omnia parum curasti? devotione debitas superficialiter & perfuntorie deprecavisti, terrena cælestibus præhabuisti, interna externaque animi monita sprevisti, caritatis opera ut semi-Christianus negligisti! Hæcine est debita gratitudo pro Beneficio justificationis? quid respondebis Divino Judici? Age! firmiora concipe proposita! vitam muta! terrena despice, cælestibus inhiat! concipe ferum timorem Domini, ut sperare possis te futurum de exiguo numero salvandorum! *Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ!* Laudetur SS. Trinitas pro Beneficio Creationis, Redemptionis, & Sanctificationis! &c.

Dominica infra Octav. Corp. Christi.

Preparatio ad SS. Communionem a Christi Domini exemplo addiscenda.

1. *Homo quidam fecit cenam magnam, & vocavit multos.* Luc. 6. Cum de utilissima preparatione ad sacram Communionem recipiendam, de qua non solum efficacia Sacramenti, sed omnis vitæ Christianæ, virtutumque ordinatio dependet, sollicitè circumspicio, optimam me invenisse arboris ac exemplo ipsius Christi Domini, dicentis, & docentis: Exemplum dedi vobis, ut quod ego feci, ita & vos faciatis. Videndum ergo, quid Christus Dominus fecerit! *Surgit a cena, & ponit vesti-* Joan. 13. *menta sua, & cum accepisset lineam,*

græ.

præcincti se: deinde misit aquam in pelvium, & cepit lavare pedes discipulorum. Ubi quinque notat Cardinalis Hugo, quæ ante Eucharistiæ sumptionem facere debemus. Primo Debemus surgere a cæna, id est, relinquere immoderata comentalium consortia, & sollicitam nimis aut voluptuosam nutritionem corporis; caro enim delicate saginata petulcit & rebellat contra spiritum; hinc ait Apostolus: *Non potestis in mensæ Domini participare esse, & mensæ demoniorum.* Secundo Debemus deponere vestimenta, id est, exuere veterem hominem, deponere habitus, & consuetudines pravæ, acque coram oculis proximi comparere tanquam exuti a pompa & vanitate sæculi, cum contemptu omnium, quæ externa sunt, & animum non concernunt. Tertio Debemus nos præcingere linteo, id est, edomare internas passionnes vitiosas per contrariam virtutum exercitium: opprimi debet superbia per humilitatem, libido per castimoniam, ira per mansuetudinem, & sic de cæteris. Quarto Debemus mittere aquam in pelviam, id est commissâ peccata etiam exteriori plorata & lacrymis expiare. &c. Quinto Debemus lavare pedes discipulorum, id est, etiam eorum, qui nobis subditi, aut curæ nostræ commissi sunt, delicta castigare, licentiam morum refrœnare, verbo, & exemplo ad virtutis semitam adducere. &c. Vide Sermonem puncto 152.

Ad normam Agni Paschalis preparatiofacienda ad Sacram Communionem.

2. *Fecit cenam magnam.* Luc. 6. In Libro Exodi Dominus Deus instruxit Moysen & Aaron, acque per hos totum populum Judaicum, quomodo, & quibus ritibus Agnum Paschalem ante transfigurationem ex Aegypto, & postea in ejus memoriam immolare & comedere deberent. Per Agnum Paschalem intelligitur Agnus Divinus in Sanctissimo Communionis Sacramento: Videamus quomodo ritus illi a Deo præscripti ad nostram instructionem cadere possint: 1. Agnus comparari debebat decima die mensis, id est, quatuor diebus ante immolationem, aut transfigurationem, quo tempore indagari in Agnum debebat, an non sit maculosus aut defæctuosus. Parem in modum Christianus ante Sacram Communionem sollicitè præcavere debet, ne suis maculis ac defæctibus Agnum Divinum commaculet; proinde in conscientiam suam in-

dager, penitentiam agat, & lacrymis peccatorum maculas abluat. &c. 2. Ad Agni balatum parare se, tanquam ad urbem vocem, debebant, ad exitum, ad immolationem, ad esum. Parem in modum Christianus Communicans, dum in ipsa sumptione Christum in cor recipit, ad ejus monita, & inspirationes diligenter attendat, atque obedientiam spondeat. Patriarcha Jacob edificaturus altare, convocat totam familiam domus: Ita pius communicans omnes sensus tam externos, quam internos in obsequium Christi convocare, atque memoriam, intellectu, & voluntati suæ, item oculis, auribus, lingua, cunctisque sensibus piæ leges, ad emendationem vitæ, & Dei gloriam præscribere debet; tertio hunc Agnum Paschalem continuo intueri, & ante oculos habere debebant, ut ejus aspectu occasionem haberent solloquendi de mirabili sua redemptione ex servitute Aegyptiaca. Parem in modum pius Communicans post communionem Agnum Divinum nunquam ex oculis, nunquam ex animo sibi elabi permittat, ejus Beneficia, præsertim redemptionis ex servitute dæmonis per penitentiam semper memoria tenet, pia proposita sibi concepta renovet, & ante omnia festè transmigrationem ex hac vita mortali ad beatam patriam sibi exoret. &c. Vide Corn. a Lap. in Exod. 12. v. 3.

Injuria Deo Eucharistico illata compensanda a fidelibus.

3. *Et cœperunt simul omnes excusare.* Luc. 6. Hæ excusationes erant enormes injuriæ & contemptus cœnæ, ad quam erant amici invitati, ita, ut merito indignatus Dominus loco illerum pauperes, debiles, & claudos vocari jussisset, illique inurbanis juraverit, quod nemo illorum cœnam suam sit gustaturus? O Christiani quid terribile debeo vobis narrare? Injuriæ & contemptus, quibus hodie dum Christus Dominus in SS. Eucharistiæ cœna vilipenditur, sunt longe enormiores. Obiustepete I. 1. Christus in SS. Pane Eucharistico inhonoratur ab impiis Judæis, qui damnabile odium contra hoc Sacramentum gerentes, illud pugionibus, igne, & spiritus pestiferi sunt, prout constat ex tragicis historicis Deggeendorffii in Bavaria, Passavii, Budorgi, & plurimalis locis. Vide Gintheri Cor JESU, Confid. 26. n. 4. &c.) 2. Christus in Eucharistiâ crudelissime injuriatur a Magis & Sacerdotibus, qui hunc Agnum Paschalem in suis conventiculis pedibus conculcaverunt, in sinum, & rogos proiecervunt, aut pecudibus devorandum dederunt. (Vide Fridericum Fornerum de Pass. Dom. conc. 36.) tertio Christus in SS. Eucharistiâ Sacramento injuriosissime habetur ab hæreticis, qui illud in fornaces, in cloacas, quis non exhorrescat? impissime projecerunt. (Vide Gintherum ubi supra. Item Laurium Surium in Commentario Histor. &c.) 4. Christus in SS. Sacramento sceleratissime injuriatur ab impiis Christianis sacrilege illud devorantibus: Sanctus VVictorius apprensus S. Herluce Virgini ostendit illi Christum, prout populo a Pilato fuit exhibitus, crudelissime vulneratum, etique edixit, sic Dei Filium hodie dum pessime tractari ab indigne communicantibus. (Vide Calend. perpetuum 8. Aprilis. Item rit. Eucharistiæ.) Quid nobis per has injurias inculcatur? Id certe, ut Dominum in SS. Sacramento tanto majore reverentia, amore, & adoratione complecti, & damnabiles impiorum injurias compensare studeamus.

qui hoc SS. Sacramentum saepe in suis conventiculis pedibus conculcaverunt, in sinum, & rogos proiecervunt, aut pecudibus devorandum dederunt. (Vide Fridericum Fornerum de Pass. Dom. conc. 36.) tertio Christus in SS. Eucharistiâ Sacramento injuriosissime habetur ab hæreticis, qui illud in fornaces, in cloacas, quis non exhorrescat? impissime proiecervunt. (Vide Gintherum ubi supra. Item Laurium Surium in Commentario Histor. &c.) 4. Christus in SS. Sacramento sceleratissime injuriatur ab impiis Christianis sacrilege illud devorantibus: Sanctus VVictorius apprensus S. Herluce Virgini ostendit illi Christum, prout populo a Pilato fuit exhibitus, crudelissime vulneratum, etique edixit, sic Dei Filium hodie dum pessime tractari ab indigne communicantibus. (Vide Calend. perpetuum 8. Aprilis. Item rit. Eucharistiæ.) Quid nobis per has injurias inculcatur? Id certe, ut Dominum in SS. Sacramento tanto majore reverentia, amore, & adoratione complecti, & damnabiles impiorum injurias compensare studeamus.

Dominica III. post Pentecosten.

Peccator penitens Misericordiam Dei exultat.

1. *Congratulamini mihi, quia inveni ovem, quæ perierat.* Luc. 15. Quid est Divinissime Pastor, quod tibi potius, quam ovicula inventa gratulari cupis? quis plus recuperavit, quis felicior fuit, tu an ovicula? nempe ita amat oviculam, ut illius felicitatem suam putet; hinc ait Sanctus Gregorius: *Non dicit congratulamini inventæ ovi, sed mihi, quia ejus gaudium est vita nostra.* (Vide Baz. serm. 10. n. 2. &c.) Certe sancti Angeli ut innocentes animæ, si invidia ardere possent, arderent adversus penitentes peccatores, quia, fere dixerim, plus amantur a Deo, quam ipsa. Quæ autem causa hujus amoris & æstimationis majoris? Audite! Christus Dominus semper amice cum peccatoribus conversatus est, illis mille beneficia in infirmitatibus contulit, Joanni innocenti Petrum penitentem in primatu Ecclesiæ prætulit. Cur? 1. quia peccator penitens magnificat Christum Redemptorem, & opus Redemptionis. (Vide Raphael Bonherba Discursus in die Cinerum n. 6. & 7.) 2. Aug. Deo gloriam ex eo, quod majus erit gaudium in celo super peccatore peni-

te, quam super nonaginta novem justos. (Bonherba Ibid. num. 8.) 3. Quia Deus non esse pene beatus sine mysterio Incarnationis: Incarnationem autem debet peccatori penitenti, juxta illud: quod propter nos homines & propter nostram salutem descendit de calis. 4. quia peccator exultat iustitiam Dei, Liberalitatem, Providentiam, & præcipue Misericordiam Dei. Vide Bonherba l. c. n. 3. 9. 10. &c.

Dei Filius contestatur suam Misericordiam erga peccatores.

2. *Erant appropinquantes ad JESUM publicani & peccatores.* Luc. 15. Regum quidam misit filium suum in externas regiones, ubi ille pulcherrimæ Virgini nupsit, dein quatuor nuntios misit per integrum regnum, subditis nuntiaturis, se revocare, & condonare rigorem Patris? certi essent, & condonare benignè habitum, & paterno affectu complexurum. Hæc declaratione omnes subditorum animos ad se traxit. Quis est rigorosus ille Rex? Est Deus Pater, qui cum Angelis, cum protoparentibus, aliisque peccatoribus austera iustitia processit. Filius autem humanæ naturæ nubens, per orbem terrarum nuntios mittens, invitavit peccatores, ut ad se venirent. Hi nuntii sunt quatuor Sancti Evangelistæ. 1. S. Mattheus, denuncians: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis.* 2. Sanctus Lucas, enarrans, quomodo Christus Dominus adulteram abolverit, & contra furorem accusantium defenderit. 3. S. Marcus inducens Christum cum paralitico loquentem: *Fili, veniuntur tibi peccata tua.* 4. Sanctus Joannes declarans: *Translati sumus de morte ad vitam.* Hi quatuor nuntii peccatores magno cum solatio certos reddunt de Misericordia Dei. Vide Pistorium hac Dom. ad finem. &c.

Deus Misericors peccatorem triplici benignitate vocat.

3. *Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam.* Luc. 15. Rex David ad compescendum rebellem filium Absalon misit armatum exercitum, sed quia Pater simul erat, non poterat celare amorem; rogans Duces, & milites, ut Absalonem filio parcerent, eumque vivum & incolumem servarent, Dominus Deus ex Justitiæ Zelo irascitur quidem peccatori, verum

verum ita, ut non possit cohibere misericordiam, qua illum salvum cupit, id quod triplici indicio manifestat, ut ait Bernardus: 1. *Tardat ferire peccantem!* longanimitate patientia dissimulat illum malitiam, imo dum actu peccat, erga illum misericors est, Matthæum convertit, dum in telonio usuris vacat, Petrum dum Christum negat, Paulum dum Ecclesiam Christum negat, Paulum dum Ecclesiam Christum negat, Paulum dum Ecclesiam Christum negat, Paulum dum Ecclesiam Christum negat. 2. *Dat gratiam respiciendi!* Internis inspirationibus, externis monitis & exemplis invitat ad poenitentiam, Longino, dum crudelissime faciat cor JESU, gratiam fidei & poenitentiae dedit. 3. *Peccati jugum excutit!* nempe cum peccator gratia misericordiae motus, respicit, illum benignissime sicut filium prodigum recipit, itola amicitiae exornat, & jugum Divinae Legis, quod ille exhorruit, per celestia auxilia illi leve facit. &c. Vide Tit. Misericordia Dei, &c. Verum adverte, O peccator, hæc Bonitas, & Misericordia Dei exigit seriam tuam cooperationem. &c. Vide ibid.

Dominica IV. post Pentecosten.

De bona intentione ad opera meritoria.

1. **I**n verbo autem tuo laxabo rete. Jo. 5. Admonet nos Ecclesiasticus: *In omnibus operibus tuis præcellens esto.* Quo vult dicere, labores & opera cujusvis vocationi congrua, non personæ sed meritorie, ad normam virtutis Christianæ peragenda esse; quia totum tandem sanctitatis negotium in eo versatur, ut opera statui tuo conformia bene facias! Sunt aliqui, qui ad opera alterius status manus extendunt! sunt alii, qui non nisi opera excellentia, admiranda, ferè miraculis similia vellent operari! Decipiuntur! quia tua opera, tibi convenientia debent te coram Deo sanctificare, & ut sanctificheris, quatuor sunt necessaria. 1. Dirigenda sunt ad Deum, ejusque gloriam, & beneplacitum, tanquam scopum & finem nostrum unicum, ad quem creati sumus. 2. Unienda sunt cum meritis Christi; sicut enim itanium, aut argentum si deuretur, ex auro pretiosius fit; ita opera nostra ex unione cum meritis Christi & sanctorum, ad mercedem æternam dignificantur. 3. Accedere debet desiderium, plura ac plura pro Dei gloria faciendi velle. gr. qui unum peccatorem convertit, dicat, O Domine, utinam

omnes totius mundi peccatores ad te adducere, & omnium hominum corda tuo amore accendere possem. 4. Denique Deus in auxilium vocandus, cum in modum; quo omnes Horæ Canonice Sacerdotum hoc initio inchoantur: Deus in adiutorium meum intende! Domine ad adjuvandum me festina! Idque tanto sæpius, ac devotius repetendum, quanto certius est, quod ex nobis ipsis infirmissimi sumus, & vix pares invocando Nomini JESU sine adiutorio gratiæ Divinæ, &c. Eni Christi, hæc sanctorum intentiones sunt ars illa quaesitissima, qua sæpe homines faculares ac laici in suis officii & laboribus plura collegerunt merita, quam Anachoretæ in eremis. Vide P. Segneri *Manna* an. 27. Martii.

Difficilius est mundo, quam Deo servire.

2. *Tota nocte laborantes nihil cepimus.* Indigna res! sæpe pro lucro temporali operosius laboratur, quam pro æterna salute! En! Petrus tota nocte insomnis in captura piscium fatigatur, in monte autem Olivæ non potuit una hora vigilare pro Christo. Sic fit! Mundanis hominibus nihil arduum videtur pro vano honore, pro inani voluptate, pro exiguis divitiis; verum si una hora orationis vacandum est, statim cadere, & fatiscere incipiunt. Videamus, an non verum sit, quod ajo! 1. Quantis laboribus defraudat superbus, ut officium honorificum, quod affectat, assequatur? Amman totis noctibus vigilat aliis dormientibus, nequis illi vel de nocte gratiam regis suffuretur. Sic ambitiosi omnes dum affectu honorum celsitudinem cupiunt, sub ponderibus populorum gemunt. Bene ait S. Paulinus: Blandum nomen hominis, sed mala servitus. (Vide Tit. Ambitio.) 2. Quantis laboribus defraudat avarus ad comparandas divitias! longinquis itineribus, ipse in insido mari se committit, diurna nocturna que fatigatione vires atterit, iugi timore fures metuit, famulis non credit, & nonnquam a conditis spoliatur. Misera est avarorum conditio. (Vide Pauletæ Dom. 3. Adventus. Item Tit. Avaritia.) 3. Quantis laboribus deluduntur Luxuriosi? ut favorem personæ amaret, aut nuptias auspicias sibi comparet, quam arduam servitutem servit! quantum Zelotypia infatuatur? &c. Vide Tit. Luxur. &c. O si evanidi id genus homines dimidiam partem laborum, quos mundo impendunt, Deo consecrarent, sancti fierent, &c.

Deus

Deus obsequia sibi præstita centuplo remuneratur.

3. *Ascendens in unam navim, quæ erat Simonis.* Luc. 5. Dominus Deus Rex cæli & terræ, cujus divitiæ exhaustiri non possunt, supra omnes mundi Reges & Principes adeo liberalis est, ut ne minimum quidem obsequium sine centuplici remuneratione sibi deferri patiatur: quo haustu frigida dat integrum calum! Id patet 1. in Patriarcha Abraham! paratus ille erat ad Dei beneplacitum filium suum immolare, & ecce! in compensationem generosi facinoris Deus illum inter progenitores suos adlegit. de cuius familia Divinus Filius, Mundi Redemptor erat nasciturus. 2. Patet in Moyse! Fuit ille in Ægypto electus regis Nepos, ad quem suo tempore sceptrum regium devolvitur. Verum pro scepro elegit virgam prodigiosam a Deo sibi datam, & amore justitiae populum electum, non sine dixerim, & insidias Pharaonis, e servitute eduxit. Et ecce! Deus illi melioris gentis regnum, totumque mundum hereditarium subiecit. 3. Patet hodie in Petro! qui navim suam piscatoriam Christo Domino commodans, ab illo constitutus est piscator hominum, princeps Apostolorum, & Ecclesie caput, &c. O quam magna est eorum infamia, qui mundo servant, decipiuntur decies in mercede, sicut Jacob in domo Laban! si Deo servant, & corpore & anima tenus beati forent. &c. Vide tit. Anima Hominis. Finis ultimus, &c.

Dominica V. post Pentecosten.

Causæ dissensionum in Matrimonio quomodo tollenda.

1. **V**ade prius reconciliari fratri tuo. Matth. 5. Pauper quidam rusticus Aggræ circumforaneum consulit, qua ratione egenasti suæ remedium invenire, & rem domesticam ad convenientes divitias extollere possit? respondit Aggræ, faceret libellum supplicem Deæ Fortunæ, & rem omnem in melius iram. Amplectitur consilium rusticus, & a Fortuna promissum accipit, quod cras hora prima in domum ipsius venire velit. Imminente hora rusticus cum uxore alterari cepit, quis adventanti Deæ obviam ire deberet. Vir suam id esse,

uxor sui muneris esse præsentis, tanta contentione, ut tandem his ad rivus & verbera exereverit. Adventens Dea, ut tumultum audiret, mox tergum domui obvertit, & litigantes in sua pauperate reliquit. En! ubi dissensiones inter conjuges, nulla est prosperitas, nulla Dei benedictio. Tollendum igitur hoc malum per reconciliationem seriam! sed quæ causa dissensionum in Matrimonio? 1. causa est improvidentia parentum, qui liberos ex malo, aut inani fine, pure propter pecuniam aut divitias conjungunt. 2. causa dissensionum est diversitas genitorum non satis antea explorata; si enim una pars sit tenax, altera prodiga; una belluosa, altera crapulosa; quid mirum quod in iurgia quotidie exardescant. 3. causa est Zelotypia, si ab exteris susurronibus, libenter auditori solitis, magis, magisque inflammentur, &c. Tollantur hi folles & fomenta, & simul tollatur ignis dissensionum. Vide Tit. Matrimonium. &c.

Iracundia quibus remediis componenda.

2. **Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.** Matt. 5. Ira duplex est, Justa & laudabilis, quæ ad Dei gloriam, ad extirpationem vitiorum, & vindictam scelerum exardescit. Et Injusta ac damnable, quæ ex intertemperante animi passione cum bile & tumultu confurgit. Hæc in Republica Christiana grandia damna causat; repugnat enim commodo proprio, quia quietem turbat; repugnat honori proprio, quia estimationem & amorem apud alios tollit; repugnat Religioni, quia hæc mansuetudinem Christianam, & amorem inimicorum præcipit. Operæ pretium igitur est, statuere hæc mala remedia. Attendite! 1. remedium, quod præscribit Seneca, est mora, quia animi impetus retardatur, ne statim ad extra erumpat; hinc idem Seneca suadet iracundo, ut quemprimum bilem commoveri sentit, prius secum ipso viginti quatuor Alphabeta litteras percurrat, id dum fit, incitum prima effervescentia, sicut aqua bulliens subducto igne tepescere incipit. 2. remedium iræ est refrenatio fervoris, ita ut iracundus in ipso actu nihil debeat; nam cum ira est brevis furor, & iratus ab infano nisi tempore differat, non potest ab infante prudens quid dici, aut responderi: igitur compescenda est infamia, donec sensum sine sensu delectat animi lenitas.

tas. 3. remedium est, ut iracundi, si fieri potest, ipsimet invicem colloquantur, & arbitros, seu mediatores, qui saepe incendiarii sunt, & ignem magis inflamment, non admittant: si ipsi colloquantur, saepe intelligent, injuriam aut malo animo non esse datam, aut pure consistere in verbis male intellectis. 4. Remedium tria est, si iracundi sulurones non audiant, qui saepe ex malicia aut invidia malum augent, & garrientes in utraque partem, utram contra alteram exasperant. Julius Cæsar omnes conjuratorum epistolas simul exussit: quod factum laudans Seneca ait: Gratissimum putavit genus venæ, necesse, quod quisque peccasset. &c. Vide Corin. a Lap. Jac. 1. v. 19. Item ad Ephes. 4. v. 26. & v. 31.

De perfectione Christiani erga Deum, proximum, & seipsum.

3. Nisi abundaverit justitia vestra plus quam scribarum & Phariseorum non intrabitis in regnum celorum. *Matthæi Scribæ & Pharisei erant elati superbia homines, qui oculis intuentium servientes, fercilliose virtutes suas jactabant, de cetero vero erant hypocritæ, ad extra columbæ, ad intra corvi. Dominus Deus in hodierno Evangelio requirit, ut incomparabiliter major sit justitia, seu perfectio Christiana, alias certo regnum celorum non assecutura. In quo ergo consistit justitia Christiana? Respondeo, plenitudo justitiæ habet tres partes, nam ternario numero perfectio completur, & ideo Christianus justitiam habere non potest, nisi justus in se, justus cum proximo, & justus erga Deum. Audiamus, quomodo!*

1. Homo Christianus debet esse justus in se, id est, debet abundare illis virtutibus, quæ in seipso completur, uti sunt Veracitas, Mortificatio, Mansuetudo, Puritas, Obedientia, Humilitas, Patientia, & alia &c. 2. Homo Christianus debet esse justus cum proximo, id est, ut ipsam zudem instruat, ad bonum instiget, a malo retrahat, in necessitate illi succurrat, fidem servet, & quæ sunt similia: quod illi fidelitate, & caritate tua abutatur, edoctus non discat, monitus non respiciat, ille quidem malitia sua penas dabit, tu vero propter conatum tuum merito coram Deo non carebis. 3. Homo Christianus debet esse justus coram Deo, id est, ad Deum tanquam finem ultimum per virtutis exercitia tendere, illum in fide, spe, & caritate adorare, præcepta il-

lius tam sancte observare, ut malit mori, quam Deum offendere. O quanto pramio corambitur in calis hæc perfectio! &c. Vide P. Segneri Manna an. 6. Aprilis.

Dominica VI. post Pentecosten.

Ad panem lucrandum necessaria est oratio, cooperatio, & mortificatio.

MAnducaverunt, & saturati sunt. *Marc. 8. 1.* Ne animo cadas propter triduanam inediam, fidels popule, neque recedas a sequela Christi: manum Dei tecum habes, quæ implet omne animal benedictione! En septem panibus mirabiliter multiplicatis saturata sunt quatuor esurientium millia! Ne diffidas, mi Christiane, eadem est Providissima Dei sollicitudo tui, quæ fuit famenti populi paratus esse te, quem creavit, etiam conservare & nutrire, dummodo ex parte tu non deficias. Quid ergo agam, ut pane quotidiano non caream? Tria sunt ad hoc tibi necessaria: Oratio, cooperatio, & mortificatio. Audiamus quomodo hoc intelligendum. 1. Necessaria tibi est Oratio, invoca, & instanter roga Deum, quia omnia bona a Deo procedunt, & viribus tuis pro lucrando pane tibi ipsi non sufficis; considera, quam patere te hæcenus Deus sustentavit, & quam mirabilis sit ejus Providentia in nutriendo humano genere (Vide Tit. Providentia Dei) ad hunc Benignissimum Dominum nunquam desine elevare manus, & clamare: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. 2. Necessaria tibi est Cooperatio, Deus inertium & pigritantium curam non habet, sed vult, ut hominibus manuum Providentiæ suæ cooperetur (Vide Nutrimtum hominis, labor hominis) 3. Necessaria tibi est Mortificatio, id est, discreta frugalitas, & abstinentia a deliciis. Quid prodest Patrifamilias in calum clamare pro pane, dum interim lautitias, conviviis, & ebrietatibus vacat, familiam in esu & potu, & splendidis vestibus supra statum sustentat, atque immoderatas recreationes plus quam laborem domesticum amat, coarctet se parsimonia, atque nonnunquam amore Divini Nutritii bolum delicationem sibi subducatur, & pauperibus porrigat. (Vide Tit. Mortificatio.) Id si fecerit pie orans, labore cooperans, & disere se mortificans, pane nunquam carebit. (Vide Tit. Mortificatio.)

Car Dominus Deus famem & penuriam mittit.

2. Unde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? *Marc. 8.* Tanta est Dei Providentia & Potentia, ut ex solitudine agrum fertilissimum & vicissim ex agro fertilissimo sterilem solitudinem facere possit! Primum illud videmus in hodierno Evangelio, ubi Christus Dominus famentem populum mirabiliter pavit. Alterum ad uno vel alio anno, proh dolor, experimur, ubi Dominus Deus liberalen manum suam a nobis retrahit, & regionem ac viciniam nostram jejune pascit. Deficiunt tam homini quam pecudi vitæ subsidia, nonnisi caro valde pretio comparanda. Quæ autem causa, quod Dominus Deus famem, & inediam interdum mittat? Videtur esse operæ pretium, ut in causas indagemus! Deus nonnunquam parcus est in subministrando victu, & annonæ, ait Novarinus, 1. Ut homines intra Modestæ limites continent; faginatuz enim venter plus, quam jejunis periculat: Exemplum habemus inter Ægyptum, & regionem Chanaan: in Ægypto Sara Abraham uxore periculum habuit, ne violaretur; quia Ægypti divitiis & rerum affluxu abundabant: In Chanaan autem procul erat a tali periculo; quia Chanaan tunc egestate, & inedia affligebatur. 2. Deus famem & inopiam mittit, ut contriti ad penitentiam recurramus: sic Filius prodigus ad Patrem reversus est propter esuriam, & egestatem. 3. Ut corda nostra a mundi voluptatibus avertat, exemplo Josephi Ægypti, qui tempore caritatis & inopie filium non genuit, sed postea, cum abundantia crevit. 4. Denique Deus sterilitatem, & famem mittit, ut ejus Misericordiam humiliter imploremus: Apud Discipulos in Emmaus Christus se finxit longius ire, non quod cogitaret abire, sed quia voluit audire illud: Mane nobiscum Domine! (Vide Barziam Ser. 65. n. 19. & seq.) Clamemus uno corde, & ore in calum: Mane nobiscum Domine, & noli nobis paternam manum subtrahere. &c.

Misericordia pauperi exhibenda est corde, ore, & opere.

3. Misereor super turbam. *Marc. 8.* Divinus Mundi Redemptor, sicut in mundo conversatus, in omni virtutum ge-

nere nos instruxit; ita in hodierno Evangelio speciatim Caritatem proximi, & misericordiam nos edocuit, quam famenti populo tripliciter, videlicet corde, ore, & opere exhibuit. Notate! Corde, ore, & opere! Videmus, quomodo Christi exemplum imitari, & miseris succurrere debeamus. 1. Christus misericordiam exhibuit populo Corde, inquit: Misereor super turbam. Patrem in modum proximo in afflictione, in agritudine, in paupertate comparat, & si facultas nobis non sit, aliorum commiserationem excitare, ac opem implorare debemus. O quam multi sunt duro corde, ita, ut canis ægroti magis, quam hominis afflicti commiseratione tangantur, &c. 2. Christus misericordiam exhibuit populo Ore, dicens: Ecce jam triduo fastinent me, nec habent, quod manducent. Patrem in modum miseris solari, ad patientiam, & confidentiam in Deum exhortari debemus. Quid autem sit? O quam multi divites, ore & lingua persequuntur pauperes, illos auxilio & solatio indignos reputant; tanquam homines nauci, qui sua inertia, & otio sibi hanc miseriam confectivissent. 3. Christus Misericordiam exhibuit populo Manu: Accipiens septem panes dabat discipulis suis. Patrem in modum, non solum affectu & verbo, sed etiam opere miseris succurrere, atque esurientes pascere, sicutibus potum dare, nudos vestire debemus. O quam multi sunt faxei, & ferrei, qui obsolescentes calceos, & vestes libentius a muribus & tinea corrodunt, quam pauperi porrigi permittunt. Quid dicent infelices Divino Judici exprobranti: Esurivi & non dedistis mihi manducare, sitivi & non dedistis mihi bibere, nudus eram, & non cooperastis mihi! &c. Vide Tit. Caritas proximi, Misericordia, Eleemosyna, &c.

Dominica VII. post Pentecosten.

Falsi Prophetæ sunt mundas, caro & sanguis.

1. Attendite a falsis Prophetis. *Matt. 7.* Nihil est tam sanctum, quod non simulatione corrumpitur: Virtus transformant se in virtutes, avaritia vocatur providentia, prodigalitas laudatur ut liberalitas; Patrem in modum Pseudo-Prophetæ induunt Prophetas a Deo missos, & hieititi vaticinantur, quæ ad Dei gloriam, & animarum salutem eorum: ita illi homines deceptionibus circum-

veniunt, ut illos in perniciem trahant. Quinam sunt hi falsi Prophetae? sunt inquam illa trias, Mundus, Caro, & Dæmon! Detegamus illorum imposturas ad nostram cautelam! 1. Mundus, ut peccatores in malo firmet, imo audaciores, & impudentiores reddat, decipit illo exemplo peccatorum, qui salvi facti sunt! Verum attendite! Misericordiae Divinae exempla non sunt trahenda in consequentiam! ex eo, quod latro a dextris salvatus sit, non sequitur etiam alium a sinistris salvari debere. Mundus quam lata prophetavit Ammano, & suspensus in patibulo crepuit. (Vide Barz. Serm. 49. §. 1.) 2. Caro sub spe futuri temporis suadet peccatorum dilationem poenitentiae: Dicit nunc frui bonis, ede, bibe, lude, cum senueris, sat temporis habebis ad orandum & tristandum. Sic decipit Epulonem, eumque immisericordem fecit erga Lazarum: credidit Epulo deceptionem, & damnatus est. &c. 3. Dæmon decipit peccatorem praesumptione Misericordiae Dei: sic primis parentibus persuasit efum vetiti pomi, inquam: tantum abest, ut poenam metuere debeatis apud Deum, ut portus felicitatem vestram promotori sitis: *Evitis sicut Dii*. (Vide Barz. Serm. 49. §. 2. 3. & 5. &c.) Quisquis ergo salvari cupit, caveat hos falsos Prophetas! si propter eorum deceptiones unus unicuique fuisset damnatus, digni essent aeterna fuga & odio, quanto magis fugere & odisse illos oportet, cum propter illos millei ac millei damnati sunt. &c.

Quomodo caelum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

2. Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum caelorum. Matt. 7. Non datur duplex calum, hic & ibi! nec est possibile in hac vita jocari, lertari, epulari cum mundo, & post mortem aeternum regnare cum Christo. Huic, aut illi renuntiandum est, quia caelum vim patitur, & non nisi violenti rapiunt illud: Dicere autem Domine Domine non est violentum. In quo ergo consistit hac violentia? consistit in eo, quod homo Christianus vim facere debeat, & vim pati. Audiamus quomodo! 1. Homo Christianus, si salvari cupit, vim facere debet caelo: sicut urbs munitissima non expugnatur nisi laboriosa obsidione, machinis curulis, tormentorum globis, subterraneis cuniculis, & strage inimicorum; ita caelum non expugnatur, nisi

orando, jejunando, lacrymando, pauperibus subveniendo, carnem mortificando. sibi sunt adus violenti, quibus Christianus se probat esse caeli candidatum. Ponamus, quod vanus & commodus, qui nunc volupratus, divitiis, & honoribus inhiant, olim in morte ad Deum dicturus sit verbis illis Davidicis: *Tuas sum ego!* ridebit a toto caelo, ait S. Ambrosius: Reclamabit libido, & dicit meus es! Venit avaritia, & dicit meus es! Venit ambitio, & dicit, tu plane meus es! (Vide Barz. Serm. 49. num. 29.) 2. Homo Christianus, caeli candidatus etiam vim pati debet. Sicut aqua calida, & lapsus suspensus in aere sunt in statu violento; ita Christianus, dum pugnat contra inimicos, id est, contra congenitas inclinationes, & passiones habitatas animi, vim pati debet haud exiguum: Inclinat caro ad delicias, ad jocos, ad nugas, inclinatur inveteratae consuetudines ad consortia prava, ad epulas, ad choreas, inclinatur innata superbia ad dignitates, ad iram, ad vindictam; haec omnes passiones compescenda, & mortificandae sunt, quod certe facile non est, sed violentum. (Vide Tir. Mortificatio sensuum &c.) Quis autem est qui hanc violentiam sibi infert, & caelo? ex centenis nec unus! omnes sperant salvari per illud: *Domine, Domine!* &c.

De signis praedestinationis.

3. Omnis arbor, quae non facit fructus bonos, excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 7. Magna est differentia inter arborem, quae destinatur ad ignem, & aliam, quae ad transplantationem! illa succiditur, ista eradicatur: prior radices relinquit in terra, altera una cum radicibus transfertur in aliam terram. Ex hoc praedidio facis facere volo interrogationi satis frequentem inter Christianos! O Bone Deus, inquam, quid de me fiet? an ero aliquando in numero eorum, qui ad caelum praedestinati sunt, vel illorum, qui reservantur ad ignem? Attende! dabo signa prognostica, facem mihi praesentem S. Euthymio, qui in textum pro themate allegatum ita glossat: *Securis est mors, arbores sunt homines, radices eorum vita, ignis est gehenna*. 1. Ante omnia perpendendum est Evangelii essatum: Omnis arbor bona bonos fructus facit: per fructus bonos intelliguntur opera bona, omni homini Christiano necessaria: vel enim versatur in

statu

statu primae innocentiae, vel poenitentiae; si innocens est, opera bona sunt instar olei, quo lampas ardens conservari ac nutrirī debet: sicut deficiente oleo deficit lumen, ita deficiente operum nutrimento deficit innocentiae decus. 2. Quodsi effasum est oleum, & successit status poenitentiae, opera sancta necessaria sunt, ut pravi habitus destruantur, eum in modum, quo frigida calidis curantur. Non sufficit hic una confessio, sed actus contritionis per omnem vitam prorogari debent. 3. Quod si vita ad finem vergit, quæro, an arbor succidatur, aut eradicetur? si succiditur, & radices, id est, pravi habitus, terrena affectiones, & desideria voluptatum, divitiarum, vanitatum remaneant, cheu! pessimum signum est, arborem destinari ad ignem. Si vero arbor radicitus evellatur, id est, si animus a terrenis affectibus liber & purus sit, plaude Christiane! signum est, quod in hortum paradisi, in caelestem patriam transferendus sis. Vide Barz. Serm. 30. §. 1. Item Serm. 49. n. 2. ad finem.

Domina VIII. post Pentecosten.

De danda ratione circa bona fortune, nature, & gratiae.

1. **R**edde rationem villicationis tuae. Luc. 16. Arduum est examen juvenum, quod ad finem anni scholastici pro ascensu aut pro premio subire debent;itant, tremunt. Rigorosi est examen maleficorum, ubi de vita & tormentis agitur; expallescunt miseri, & deliqua patiuntur. Terribile autem praeter ceteris cor palpitabat, ajebat, tu es reus criminis, te ad mortem condemno. Mi Christiane, cum hodiernum Evangelium praelegi audisti, an non cor tibi palpitabat, cogitanti, quod coram Divino Judice, falli & fallere nescio, rationem dare debebis de crimine furti, quo Deo debitum honorem furatus, & donis acceptis pessime ad peccata abusus es? Loquamur solum. 1. Donum Dei fuit, quod dedit tibi Intellectum satis perspicacem, quomodo usus es? omnia vana addidit, saltare, equitare, digladiari? leguntur libri faceti, superstitiosi, haereticis? solae verae scientiae, quae fidem, Dei gloriam, & animae salutem concernunt, negliguntur! Disputas de rebus naturalibus, & politicis Latine, Gallice, Italice ut Doctor, verum de supernaturalibus ad virtutem & perfectionem pertinentibus loqueris ut puer? quid dicit Divinus Juxdex ad hanc negligentiam? 2. Donum Dei est perfecta corporis valetudo, quomodo hac utus es? Nempe ad ebrietates, ad decumanos haustus, ad convivia immoderata: cum autem adveniebat

me & inopia perire permisisti. 2. Rationem reddere debebis circa *Bona Naturae*, quomodo usus sis valetudine, corporis robore, an ad nugas, ad delicias, ad ebrietates? interrogaberis, cur talenta in terram defoderis? cur intellectum satis perspicacem neglexeris exornare iis scientiis, artibus & principis, quae possunt cedere ad Dei gloriam, & animarum salutem? &c. 3. Rationem reddere debebis de *Boni gratia*, quomodo te habueris ad inspirationes internas, & admonitiones externas: an pia proposita in- & extra confessionem concepta Deo fideliter servaveris? an gratias Sacramentalis diligenter custodieris, & contra occasiones periculosas obmueris? &c. Vae tibi, si villicus inutilis, & infidelis inveniaris, &c. Vide Barz. Serm. 2. §. 1. Item Lib. VII. Tit. Divinita. Lib. V. Tit. Sanitas corporis. Item Lib. 1. Tit. Gratia Dei, &c.

De danda ratione circa dona a Deo accepta.

2. *Redde rationem villicationis tuae. Luc.*

16. Marchioni Gonzagæ oblati sunt decem malefactores, de quibus certo asserabatur, unum ex his commississe furtum Principis in civitate factum. Sapientissimus Princeps examinavit unum post alterum, negantibus autem omnibus, pectora eorum manu tangebatur, & deprehensus uno, cui praeter ceteris cor palpitabat, ajebat, tu es reus criminis, te ad mortem condemno. Mi Christiane, cum hodiernum Evangelium praelegi audisti, an non cor tibi palpitabat, cogitanti, quod coram Divino Judice, falli & fallere nescio, rationem dare debebis de crimine furti, quo Deo debitum honorem furatus, & donis acceptis pessime ad peccata abusus es? Loquamur solum. 1. Donum Dei fuit, quod dedit tibi Intellectum satis perspicacem, quomodo usus es? omnia vana addidit, saltare, equitare, digladiari? leguntur libri faceti, superstitiosi, haereticis? solae verae scientiae, quae fidem, Dei gloriam, & animae salutem concernunt, negliguntur! Disputas de rebus naturalibus, & politicis Latine, Gallice, Italice ut Doctor, verum de supernaturalibus ad virtutem & perfectionem pertinentibus loqueris ut puer? quid dicit Divinus Juxdex ad hanc negligentiam? 2. Donum Dei est perfecta corporis valetudo, quomodo hac utus es? Nempe ad ebrietates, ad decumanos haustus, ad convivia immoderata: cum autem adveniebat

dies jejunii, dolebas imbecillitatem stomachi. Quid dicit Divinus Judex ad hanc tepiditatem? &c. 3. Donum Dei fuit estimatissimum Tempus vitæ factis prolixæ, quomodo usus es? Proh dolor! ad otium, ad somnum, ad nugas, ad inutiles confabulationes, in popinis, in comædiis, in ambulationibus, tres, quatuor, aut quinque horas continuas consumplisti, cum autem Verbo Dei interesse, aut sacrum dimidia hora audire debebas, tempus nimis longum, & mora tibi molesta videbatur. Quid dicit Divinus Judex ad hanc salutis incuriam? &c. Vide Tit. Intellectus animæ. Item Sanitas corporis. Item Tit. Acedia, Tepiditas &c.

De obligatione correctionis fraternæ.

3. Quid hoc audio de te? Luc. 16. Ne modo credat, quod sibi soli vivat! vivit etiam proximo, cuius curam habere, & tam commoda promovere, quam mala avertere, Jure Divino, & naturali tenetur: Mandavit unicuique de proximo suo! Sicut ergo, cum Viatorem semicæcum vides fossæ ingenti aut crepidini fluminis appropinquare, illum admonere, & in viam securiorem revocare teneris: ita & cum videris proximum a via salutis aberrantem, inferno approximare, obligaris illi remedio correctionis fraternæ succurrere. Hæc certa omnia sunt, ita, ut solum circa modum, tempus & personam explicandum, quomodo fieri debeat correctio? 1. Queritur, a quo facienda sit? Respondeo, Principaliter facienda est a Superioribus, Patribus, ac Patribus-familias, qui ad vitia subditorum, filiorum, & famulorum tenentur esse centoculi: quodsi Superior non sis, non ideo exemptus es a lege correctionis vel per teipsum, vel per delegationem ad Superiorem procuranda; quia semper malum est, aliorum putredines occultare, prout loquitur Chrysolomus. 2. Queritur, quando facienda sit? Respondeo, quando certo constat peccasse fratrem tuum, & certo spes emendationis superest &c. 3. Queritur, quomodo facienda sit? Respondeo, non ex ira aut vindicta, sed cum discretione in spiritu caritatis, inter te & ipsam solum, sine diffamatione delinquentis: Filium prodigum Pater prius vestiri voluit, ut ipsi soli nota esset ipsius nuditas, &c. Vide Lib. VI. Tit. Correctio Fraternæ. Item la Selve Fer. 3. post Dom. 3. Quadrag.

Dominica IX. post Pentecosten.

De arcana peccatorum mensura a Deo statuta.

1. **E**O quod non cognoveris tempus visitationis tue. Luc. 19. Herodem Maximus, Magnus Alexander, virum oppugnaturus, in conspectu civitatis faciem accendere, obfessi que significare solebat, quamdiu fax arderet, superesse venæ; & gratæ tempus: illa autem extincta, decretam esse crudelissimam civium stragem & urbis ruinam. Eundem in morem Dominus Deus, impietati orbis Hierosolymitanæ terminos posuit! quadraginta annis post occisum Dei Filium, cum penitentiam non ageret, terribili exitio funditus everta est, ita ut lucuosior Historia vix ab orbe condito invenitur. (Vide Foresti Hist. in Vita Titi Imp. part. I.) Quid ex hoc præliudio eruo? Horribilem Veritatem, qua audita peccatori ambæ aures tinnire debent! Deus cutitbet peccatori talem faciem, id est, arcanum peccatorum numerum & mensuram statuit, qua completa definit tempus misericordiz, & ingruit tempus implacabilis iustitiz. Ut veritatem hanc cordi, cum timore Domini imprimamus, præmittenda sunt aliquæ positiones. 1. Positio est, Peccator non solum Misericordiam, nec solum Iustitiam respicere debet; non solum illam, ne præsumat, nec solum istam, ne desperet! cum populus Israel terram promissam ingrederetur, pars una stetit supra montem Garizim, altera supra montem Gebal, illa clamare debebat Benedictionem, ista Maledictionem, idque simul & semel, ne Misericordias Domini audirent sine Iustitia, nec Iustitiam sine Misericordia. Cum intueretur Crucifixum, a dextris videmus latronem salvatum, a sinistris latronem reprobatum, &c. (Vide Barziam Ser. 10. n. 14. & seq.) 2. Positio: Etiam si Misericordia Dei infinita sit, habet tamen certam mensuram: Christus a Discipulis abivit ad iaculum lapidis, lapis autem propius aut longius potest projici: Aliud enim est Misericordia in se, aliud in suis miserationibus, illa infinita est, non autem ista: *Multa sunt miserationes e.* 1. Part. 1. Pliæ.

Pharao male confidit, viam Israelitarum per mareciam sibi permeabilem esse, &c. (Vide Ibid. Et Barz. Ser. 13. num. 15.) 4. Positio: Cum arcana peccatorum mensura completa est, definit Misericordiz tempus, & ingruit pœna iustitiz: eaque mensura non æqualis, sed incerta est. Nabuchodonosor respicit, & salvatus est, & Nepos illius Balthazar ob eadem peccata damnatus. (Vide Ibid. Et Barz. Ser. 12. n. 14.) Quid ex his Positionibus conclusionis eruitur? Illud certe, omne peccatum timendum esse ultimum, &c.

Christiannus salvatori capiens consideret præterita, præsentia & futura.

2. **S**i cognovisses & tu! Luc. 15. Quid Benignissimus Redemptor per hæc verba insinare voluit infelici Hierosolymæ? voluit illi exprobrare incredulitatem, obstinaciam, & duritiam cordis, dicendo, si credidisses, quæ tibi a me, a meis Discipulis, & Apostolis dicta sunt, ruinæ & excidii pœnam evadere, & in civitatem sanctam migrare potuisses! O miser peccator, patere ut inculcem tibi hæc verba, si cognovisses, id est, si solitudine domestica nonnunquam seria cognitione considerares præterita, præsentia & futura, nã tu certo ex peccatore in penitentem, ex tepido Christiano in sanctum migrares. Age 1. Cogita *Præterita!* perpende Bonum quod omisisti, malum quod commisisti, & tempus quod perdidisti! O quoties Deo & proximo servire, & merita augere potuisses per preces, elemosynas, jejunia, aliaque opera, tu tamen infructu libertate ad jocos, ad nugas, ad familiaritates effusus, præcepta fere omnia violasti! negare non potes, convincit te tua conscientia! 2. Cogita *Præsentia!* nempe vitæ breviteratem, salvandi difficultatem, salvandorum paucitatem. Multi tui similes ad mortis confinia adducti, vitam hanc velut somnium intuebantur: dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt in manibus suis! lugebant, tremebant, stebant, quod opinione citius morbo extremo correpti nihil meritorum per annos vitæ suæ pro æternitate collegerint, &c. 3. Cogita *Futura!* videlicet Judicium, quo nihil terribilius, & infernum, quo nihil incolerabilius! si necdum penitentia expiatus & morte præceptus sistas Divino Iudici, quo lucrum, qua desperatione comparebis, quam sententiam audies, quis erit locus tuus in æternitate? Eheu! si

hæc meditationes ad frugem non redunt peccatorem, eheu! conclamatum est! (Vide Tit. Penitentia, Infernus, Æternitas &c.)

De irreverentia in templo ejusque malis effectibus.

3. **I**ngressus in templum capiti ejicere videntibus in illo & euntes. Luc. 19. Huc tandem fidei imbecillitas, & vitæ tepiditas perducunt Christianos, ut in domo Dei vix majori cum reverentia compareant, quam in domo profana, easque irreverentias coram Deo garriendo, jocando, ridendo committant, quas committere coram terreno Principe non audent. Grande malum, quo Deo, Proximo & sibi ipsis nocent. 1. Irreverentiz in templo sunt *injuriöse Deo*; quia sanctitatem loci, & Divini cultus profanant, contra illud Dei estatum: Elegi, & sanctificavi locum istum. 2. Irreverentiz in templo sunt *proximo scandalosæ*, quia ipsi contemptum rerum sacrarum inspirant: amicitie ille reverentiam Deo debitam, & impudenter fatuum putat esse licitum, quod est commune & publicum. 3. Irreverentiz in templo sunt *nobis ipsi perniciosæ*, quia studium orationis nos privant; quomodo enim a Deo exaudiri speramus, quem in ipso loco, ubi exaudiri possumus, ad iram & averfionem provocamus? &c. Vide Nicolaum Dijon Capuc. hæc Dom. Item Tit. Irreverentia in templo. &c.

Dominica X. post Pentecosten.

Bona opera multipliciter possunt esse mendosa.

1. **N**on sum sicut ceteri hominum; ... jejuno hic in Sabbato. &c. Luc. 18. Videant iacobundi, & presumptiosi, qui in suis meritis confidunt, & ceteros aspernantur, videm ex hodierno Evangelio, quam parum de operibus meritorie gloriantur. Esto enim, quod juvenes, quod oves, quod largas elemosynas distribuas, & quam facile hæc opera a vanis intentionibus, sicut pannus a rinea, & pomum a latente vermulo corrumpuntur. Quænam sunt hæc tinea, & vermiculi operum? Audi. 1. Bona opera sæpe vitiantur ex motivo mercedis vano & inani. 2. Ex mera consuetudine. 3. Ex naturali propensione. 4. Ex delectatione, & solatio interno. 5. Ex

amore proprio. 6. Ex superbia, & vani amoris complacentia: quin ipsa etiam humiliatio saepe superbiam spirat: hic Pharisaeus gratias agit Deo, quod non sit sicut ceteri hominum, sed hoc tantum facit, ut sub humilitatis specie laudem suam tanto exemplar debuccinaret. S. Augustinus ait: *Ascendit quidem orans, noluit autem Deum rogare, sed se laudare.* *Eccl.* Vide Barz. Serm. 26. n. 15, & sequent.

In statu peccati mortali opera bona non sunt omittenda.

2. *Jejuno bis in Sabbato, decimas do annuum que possideo.* *Eccl.* Luc. 18. Inter infelicitates peccatoris illa certe maxima est, quod in statu peccati constitutus nullo opus meritum operari possit. Efto quod oret, jejuret, elemosynas large distribuat, tamen haec opera, ut in oculis hominum sint laudabilia, coram Deo nullius sunt meriti, quia Dei gratia deest: *Si distribuera in cibos pauperum omnes facultates meas, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Sunt opera mortua sine vita, sunt palea sine tritico, sunt ignis fatuus, lucet non urit, sunt bombarda sine globo, strepitum facit non effectum. Si ita est, cogitat peccator, praestat otiosi, dormire, & genio indulgere, quam bona opera exercere! Valete precēs, jejunia, elemosynae! Falleris miser! per Dei amorem te rogo, ne desinas operari bene; quamvis enim opera tua ad Dei gratiam & caeli meritum nil prosint, tamen alias, ea quae magnas tibi afferunt utilitates! Percipe quales. 1. Conducunt ad *Temporalium consecutionem!* propter opera mortua Deus tibi auget bona fortune, familiam locupletat, periculosa agris tempestatem avertit, aliaque bona tibi confert, quae tu ipse tanti aestimas, ut illa aeternae salutis praeferas; sic Deus olim Romane Reipublicae justitiam mundi imperio coronavit, & hodie dum haereticorum, & infidelium opera bona terrena prosperitate compensat; quia etiam imagines bonorum operum, sicut Pater amat filii sui depictam imaginem. 2. Bona opera mere naturalia conducunt ad *Dispositionem ad gratiam,* & sunt media, quae prodesse possunt ad penitentiam & conversionem. Ideo Salvator in Evangelio cuidam Scribae sinistra cum intentione interroganti respondit: *Non es longe a regno Dei!* fax recte extinguit, & adhuc fumigans facilius reaccenditur, quam quae diu jam frigescit: ita peccator, qui

bonis studet operibus, facilius ad frugem reducitur, quam qui ab omni bono opere abstinentes frigescit, &c. 3. Opera in statu peccati perfecta conducunt ad *assuetudinem bonorum operum.* Verum in statu peccati non aperit ostium, sed tamen exemplar praebet secundum quod alia ex ferro, quae aperiatur, fabricari possit: ita orationes, elemosynae, & alia opera, quae peccatores faciunt, sunt forma, juxta quam ipsa opera deinde facilius, sed majori valore a peccatoribus jam penitentibus peraguntur, &c. Quapropter caveat peccator, ne solitas devotiones, dum in miserando statu peccati vivit, intermitat, ut viam sibi pareat, per penitentiam redeundi ad Deum. Vide P. Segneri Homo Christ. part. 2. Discursu 13. a. n. 14. & seq. Item Vide Tit. Opera bona, &c.

Humilitas homini necessaria est convernens.

3. *Non sum sicut ceteri hominum.* Luc. 18. Quis non indignetur fastuoso throno: a Deo vult auxilia & gratias emendicare, & se fastuosa cervice super omnes homines virtute eminere glorietur: quid hoc est aliud, ait S. Bernardus, quam quod Pharisaeus hic stipem mendicam, manus divitiis & auro-plenas ostendat. Econtra humillimus publicanus ne accedere quidem ausus ad altare misericordiam Dei super sua peccata implorans, justificationis gratiam secum in domum reportat. O Mundana pectora! mementote, quod superbia Luciferum e caelo deiecerit: *Similis ero Altissimo!* Mementote, quod superbia Adamum ex paradiso expulerit: *Eritis sicut Diis!* Humilliamini coram Deo caeli & terrae, atque in nihilum vestrum abjecti misericordiam implorate! causas autem humilitationis, mi Christiane, in teipso invenis innumeras: *Humiliatio tua in medio tui.* *Eccl. 9.* Enumeremus triplicem causam! 1. Memento, quis ante tempus fueris? Ante quinquaginta aut sexaginta annos purum nihilum; ex hoc Dei Misericordiam extractus, & creatus, in infantia quam inutilis & imbecillus! Baptismalem innocentiam, quam cito perdidisti, jam servus fatuus factus, & ad ignem infernalem destinatus antequam puerum exulis. 2. Memento quis jam modo sis? Dei Misericordiam & statu peccati crepus quam ingratus te exhibes liberatori tuo? quomodo respondes Domino tuo, quae industria studes intellectum aeternis ven-

ita

firatibus, memoriam Dei beneficiis, voluntatem virtutibus excolere? Nullus est fervor tuus, nullum desiderium fervendi Deo, ita, ut potius servias cupiditatibus, vanus, iracundus, impatiens, & ad quodcumque genus peccati propensus. 3. Memento, qualis futurus sis deinceps! an divinare potes, quid tecum futurum sit? vidimus nutare columnas firmamenti, imo & prolabi; quid de te fiet arundine fragilis, quae ad omnem ventum se inclinat? unde scis, quomodo sis moriturus, & post mortem quo perventurus? O mi homo, causas habes innumerabiles, te corde, ore, & opere profundissime humiliandi. Vide Mansi hac Dom. v. 14. n. 6. Item P. Segneri *Manna* an. 4. Martii n. 1. & seq. Item Tit. Humilitas.

Dominica XI. post Pentecosten.

De fine Dei, propter quem dedit homini usum loquela.

1. *Solutum est vinculum linguae ejus, & loquebatur recte.* Marc. 7. Non puto praestantius encomium de homine Christiano deprædicari posse, quam illud: *Loquebatur recte!* lingua enim sensus, & membrum est millenis erroribus praeter ceteris obnoxium? ideo Christus Dominus sanans hodie mutum: *Expuens...* *Et in caelum suspiciens ingemuit;* quia in hac unica lingua, innumerabilia peccata & errores intus est; hinc S. Bernardus ait: *O Bone Deus! excruciaris mille tormentis, & non gemis nunc autem ad linguam solutionem gemis: esse tibi impiorum lingua severior omni mortis telo!* Vide Trauner Gallus cant. fol. 964. Quomodo ergo corrigendi sunt errores! quomodo usurpanda lingua, ut loquatur recte? Hoc desumendum est ex triplici fine, propter quem Dominus Deus homini loquelam dedit, prout explicat Cardinalis Hugo. Audiamus! 1. Loquela data est ad *Laudandum Deum!* Deus ab omni aeternitate in omnem aeternitatem ex seipso felix nullius quidem obsequio indiget, nihilominus dignus est, ut omnium Angelorum & hominum cordibus ametur, & linguis laudetur: praeterea summae gratitudinis lex exigit, ut grates illi rependamus infinitas pro Beneficio creationis, redemptionis, conservationis, aliisque innumeris, &c. 2. Loquela data est ad *edificandum proximum!* quilibet Christianus operam conferat, ut proximo pia monita & consilia ad salutem suggerat, ad virtutem

extimulet, & a vitiis retrahat. &c. 3. Loquela data est ad *excusandum seipsum.* Idque facere cum profundissima humilitate quilibet Christianus debet, non tantum coram Deo, sed & coram ejus Vicario, accusando se contrito corde de omnibus peccatis. &c. Vide Barz. ferm. 22. n. 28. Homo triplici modo debet esse bene dispositus, ad Deum, ad proximum, & ad seipsum; igitur verba illius ad hunc triplicem finem debent esse ordinata. *Qui prophetae hominibus loquitur ad edificationem, ad exhortationem, & consolationem.* Vide P. Segneri *Manna* an. 26. Junii. n. 3.

Quomodo, & quibus observari observandus peccator converti debeat ad Deum.

2. *Adducunt ei sordum & mutum.* Marc. 7. Prodigiosa sanatio surdi & muti cum omnibus circumstantiis & ceremoniis, allegorice significat, quid faciendum sit homini peccatori serio ad Deum se convertere volenti; sicut enim Divinus Redemptor miserum hominem duxit foras de turba, digitum in aures ejus inseruit, caelum ingemiscendo suscepit, & demum per vocem Epheta loquelam ei praecipit; ita pariformiter peccator serio converti desiderans: 1. *Duci debet foras de turba,* id est, a mundanis confortiis, ab occasionibus, & periculosis familiaritatibus ante omnia separandus est. Sicut enim separanda est palea ab igne, ne novum oritur incendium: ita verus penitentem malam societatem fugere debet, ne contrahat de novo contagionem peccati. 2. *Digitus Dei in aures illius inserendus est;* id est, humiliter implorare debet gratiam Spiritus Sancti, qui per digitum Dei intelligitur, & quidem gratiam illuminativam intellectus, ut agnoscat gravitatem peccati, & gratiam mortem Voluntatis, ut illud serio desitetur. 3. *Susplicere & ingemiscere debet in caelum;* id est, Misericordiam Dei implorare, & indulgentiam per merita Christi confidenter sperare. 4. *Vocem Epheta sibi commendatam habeat,* & in confessione intima arcana conscientiae aperiat: deinceps vero in consorcio humano lingua ita utatur, ut observet monitum Spiritus Sancti: *Verbis suis facito flateram,* id est, prout explicat S. Ambrosius, *ut sit gravitas in sensu, in sermone pondus, & in verbis modus.* Vide Speranzam punct. 115. Item Balsamum in Melitae, hac Dom. n. 2.

De Clau. Specul. univers. Pars III.

Esse surdum & mutum nocentissimum malum est in Superioribus.

3. *Adducunt ei surdum & mutum.* Marc. 7. Homo surdus & mutus in sensu physico inutile pondus terræ est, nec sibi, nec aliis prodest. Verum si in sensu morali surdus & mutus, adhuc infelicior est, quia non tantum ad nihil prodest, sed insuper noceat, præsertim si hoc utrumque vitium inhæreat Superiori, qui ex officio debet esse auritus, & eloquens, non est descriptus facile, quanta damna & sibi & aliis irroget. Utinam hæc damna possem energie explicare! 1. Ponamus Superiorem, quales sunt Magistratus, Patres-familias, Judices & alii, esse surdum, ita, ut subditorum vitia ignoret, aut studio ignoret affectet, aut etiam ea, quæ fideles delatores ipsi insinuunt, audire recusat, quid sit? delinquentes sunt impudenciores, & majori cum audacia repetunt impunita scelera: Absalon quare ausus est contra Patrem rebellare? quia in aliis delictis, uti in fratricidio Ammonis a Patre non fuit punitus: ideo ait S. Chrysostomus: *semper scelera, dum non videntur, crescunt, & in augmenta facinorum profilitur, quoties secuta impunitate delinquitur.* 2. Ponamus Superiorem esse mutum, & ad delicta subditorum, etiam ea quæ pæbene novit, profus elinguem, quid sit? scelera, quæ non corriguntur, nec castigantur, quotidie magis crescunt, & per modum contagionis multiplicantur, ita ut ait Bernardus: *Impunitas incurrit soboles, insolentia mater, radix impudentiæ, transgressio nutrix.* Et Seneca: *Vitia transmittit ad posteros, qui præsentibus culpis ignoscit.* Si archiater non fecat, & urit, carcinoma crescere facit. Vide Barz. ferm. 34. §. 6. n. 14. Item ferm. 35. n. 31.

Dominica XII. post Pentecosten.

De signis serie Dilectionis Dei.

1. **D**iliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Luc. 10. Quod quis impensius amat, tanto sollicitius custodit, & quo magis estimat, eo acerbius fert illius æluram. Praxiteles statuarius cum ipso falso diceretur, sua artificia una cum deo fuisse incendio contumita, præ ceteris deploravit suam Cupidinis, quia hæc præ aliis omnibus arte factis estimavit. Eundem ordinem observavit Jacob,

cum itinerans ex Mesopotamia, armatum fratrem Esau in se, suosque irruentem vidit; quos enim præ ceteris incolentes voluit, a furore magis removit, & in medium agmen recepit. (Vide Barz. ferm. 24. n. 12. & 13.) Videamus, quid tu, mi Christiane, & quomodo Deum diligas, ejusque gratiam magis quam res tuas custodias: (Vide ibidem §. 2. & seq.) 1. Diligere Deum est legem illius custodire, prout Rex David de seipso fatetur: *Habeo legem tuam in medio cordis mei, & ita habeo in corde meo conclusam, ut si quis lædere vellet legem, prius necesse haberet lædere cor meum, & me occidere.* (Vide S. Speranzam punct. 117.) Quomodo tu, mi Christiane, legem Dei amas? Habeo illam, inquis, in corde meo! sed aliud est, habere illam in medio cordis, aliud habere in angulo cordis, Saul in extrema parte civitatis unctus est, & ideo regale unctio-nis dignitatem facile perdidit: ita qui legem Dei non in medio cordis, sed in angulo cordis tenent, facile illam perdunt: venit aliquis respectus humanus, venit occasio prava, & legem caritatis, & castitatis ex angulo cordis expellunt. (Vide S. Speranzam punct. 117.) 2. Diligere Deum, est Deum præhabere creatis omnibus, & malle vitam, omnesque possessiones, quam Dei gratiam amittere. An ita comparas es, mi Christiane? Eheu! quoties temporale lucrum, vanum honorem, amicitiam patroni, fortunam, imo canes Deo, ejusque gratiam prætulisti! &c. 3. Diligere Deum est illi toto corde servire, & obsequia etiam ardua, cum proprio suo incommodo præstare. An id fecisti, mi Christiane? O quot luc, qui tantum dimidio corde Deum amantes in servitute Dei statim fatigantur! non ipsi arduum est cum Apostolo Petro tota nocte laborare pro piscatu, arduum autem statim videtur, in horto Gethsemani una hora cum Christo vigilare, &c. Vide Tit. Caritas Dei, Tepiditas, &c.

De iis, qui temere Deum tentare audent.

2. **Q**uidam Legis peritus surrexit tentans illum. Gentilium quidam dubitans de Divinitate sui idoli passentem, seu viculam occulte in manum sumpsit, accedenteque statuam idoli interroga it: *Audi Jupiter, si Deus es, dic mihi, an id, quod manu teneo, est aliquid vivum, aut mortuum? & cogitabat secum ipso, si respondeat idolum esse aliquid vivum, una statim*

statim compressione manus exanimabatur! si aut, esse aliquid mortuum, avem avolare libere permittam, & sic mentietur idolum quicquid dixerit. Respondit autem diabolus ex idolo: *Prout vis! id est, potes habere vivum, aut mortuum, prout tua tibi malitia suggererit, & sic elusit tentatoris vastitatem.* Eadem vastitæ malignissimi Pharisei tentant Christum Dominum, ut caperent eum in sermone; hodie iterum accedit unus, interrogando, quid faciendo vitam æternam possidebo? non desiderio, aut amore salutis id fecit, sed ut responsum Christi carpere, & in sensum alienum, cum ejus diffamatione detorqueere possit. Quæro jam, an hodie dum dantur eiusmodi tentatores Dei? Dantur utique! quinam sunt illi! 1. Qui occasiones prævas frequentare non desunt, & tamen sperant, se sine peccato evasuros! habent ab experientia, se decies, vigesies, & sæpius peccasse, & tamen hodie putant, se gigantes fore invincibiles! fallunt, & fallunt! arundines erunt, ad primum ventum mobiles! &c. (Vide Tit. occasio mala!) 2. Deum tentant, qui semper male viventes, bonum finem sibi promittunt. Decipiuntur! Mors est Echo vite! qui clamat in sylvam *Non non!* non potest ab Echo expectare responsum, *Ita ita!* &c. (Vide Tit. Mors.) 3. Tentant Deum, qui differunt de die in diem, & demum ad ipsa mortis confinia penitentiam, & tamen Misericordiam expectant. Falluntur miseri! Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum celorum; Exemplum boni latronis non est deducendum in consequentiam! &c. (Vide Tit. Misericordia Dei! Peccator inveteratus! &c.)

De Regulis caritatis proximi.

3. **D**iliges Dominum Deum tuum. & proximum sicut te ipsum. Luc. 10. Non potest procul abesse ultima mundi tempora; quia inter signa adventus Filii hominis oraculum Divinum etiam illud ponit, quod *refrigeret caritas, multorum!* quid autem aperit hodie, quid manifestus in mundo, quam caritatem inopuisse, refrigerasse, desisse. Initio Ecclesiæ erat Christianis cor unum & anima una, nunc unus Christianus habet duplex cor, calidum erga se, & frigidum erga proximos, perit antiqua sinceritas, extincta est fidelitas, exolat mutus amor: his successit ambitio, invidentia, mendacitas, & ca-

lamiandi pruritus? ille habetur pro homine altitudo & ingenioso, qui fratrem supplantare, denigrare, & decipere dexterrime caller: nil suaverit amplius de observantia Legis: Diliges proximum tuum, sæpe canis tenerius amatur quam frater! Conabor ergo resuscitare extinctum ignem caritatis! clamabo vociferans ad ravim usque: diliges proximum tuum, regulas dabo vel invitis, quomodo diligendus sit proximus; non enim ideo desit lex obligare, quia desit observari. 1. Regula sonat: Diliges proximum sicut teipsum, consequenter eius mala veluti tua senties, ejus famam sicut tuam tuæ, ejus decessus sicut tuos velare debes. Quid autem sit? cheu! oppressus magis opprimetur, diffamatus magis diffamatur, calamitosus nova calamitate obruitur. 2. Regula caritatis sic habet: Diliges proximum, quicquid vicissim ab ipso diligi cupis. Prædicte loquendo! vides pauperem? cogita, si ego pauper essem, & iste dives, vellem ut iste pauperari meo liberali munere succurreret! Vides ægrotum? cogita si ego hac ægitudine laborarem, cuperem ab aliis visitandum, consolandum, medicinas parando adjuvari. Vides misericordiam persecutionem afflicti? cogita, & iterum ad teipsum argumentare, dein conclude: ergo æquum est ex lege caritatis, ut & ego misero succurram &c. 3. Regula est: Diliges proximum, sicut Christus Dominus nos dilexit! ille autem dilexit sine nostro merito, sine suo commodo, imo cum vite sue dispendio! &c. O Caritas ubi es? O ultima tempora! Vide Franci. Nepveu Cogit. Christian. 24. Maji.

Dominica XIII. post Pentecosten.

De ingratitude hominis erga Deum.

1. **N**onno decem mandati sunt, & novem ubi sunt. Luc. 17. Quæstio non inutilis proponi potest, cur Dominus Deus virtutem gratitudinis non expressa Lege præceperit, & vitium ingritudinis expressa Lege prohibuerit, eo modo, quo in aliis virtutibus, & oppositis vitis fecit? Respondedo, quia Lex ipsa naturæ gratitudinem erga Benefactores congenitio lumine cordibus nostris impressit, & horror naturalis vitium ingritudinis nobis abominabile facit, hinc ipsa etiam animalia ratione carentia erga suos benefactores gratitudinem spirant, prout innumeræ testantur historię, & contra in-

V. 4. grati-